

Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum,
quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in
tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Vacatione, Amissione, Et Extinctione Beneficiarvm ...

Leuren, Peter

Coloniæ Agrippinæ, 1704

948. An, & quid possit Episcopus circa dismemberationes faciendas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74494](#)

CAPUT SECUNDUM.

De dismembratione, divisione, suppressione, & extincione
Beneficiorum.

PARAGRAPHVS I.

De Dismembratione.

Questio 946. Quid sit Dismembratio?

Respondeo: Est separatio tantum aliquorum fructuum & redditum beneficii ab ipso beneficio, ut alteri beneficio vel pio loco applicentur. Castrop. de benef. d. 6. p. 9. §. 10. n. 1. Garc. p. 12. c. 3. n. 1.

Et hinc per eam non extinguitur titulus beneficii; sed hic intactus & indivisus permanet apud Rectorem beneficii, a quo fructus aliqui separantur. AA. idem l. cit. et si per eam altereretur beneficium seu Ecclesia, diminuatque in bonis & redditibus suis. Garc. loc. cit. nu. 1. Unde etiam, dum fructus aliquius beneficii uniuersit alteri, remanente beneficio penes suum Rectorem, non tam est unio, quam dismembratio. Garc. l.c.n.2. Et hinc patet, qualiter dismembratio distinguatur a divisione beneficii; cum per eam, ut dictum, titulus non dividatur, sed eo manente indiviso, pars fructuum ab eo separatur; divisione autem beneficii sit, dum ipse titulus beneficii simul dividitur, & de uno sunt plura beneficia, v.g. ex una Parochiali duæ, ex uno Canonici duo (vel etiam, ut Castrop. Canonicius, & portio) Tond. qq. benef. p. 3. c. 156. nu. 17. Castrop. loc. cit. n. 3. Garc. p. 12. c. 4. n. 1.

Questio 947. Dismembratio an, & qualiter prohibita, vel permitta?

Respondeo primo: Dismembratio quorumvis beneficiorum jam dudum prohibita fuit in Concilio Turonensi. c. majoribus. & t. tuc. de prab. Lott. l. 1. q. 28. nu. 2. Quia divisiones & dismembrationes Ecclesiarum redolent, & in jure censentur species formalis, & vera alienationis prohibita cadentis sub dispositione Extravag. ambitiosa. dreb. Eccl. non. alien. Card. de Luca. de Regular. d. 5. n. 4. & d. 25. n. 4. & d. 27. n. 4. ubi: Regulariter dismembratio dicitur prohibita alienatio, que cadit sub Extrav. ambitiosa. Non tamen ita prohibita est dismembratio & odioia in jure, quam unio extinctiva tituli. Lott. l. 2. q. 28. n. 31. de quo paulo infra, ubi, an cadat sub Regula revocatoria unionum.

Respondeo secundo: Tamē permitta est ex causa legitima. c. ad audienciam. de Eccles. adif. Lott. loc. cit. n. 3.

Questio 948. An, & quid possit Episcopus circa dismembrationes facandas?

Respondeo primo: Episcopus, aut alter inferior Papæ non potest facere, seu auctorizare dismembrationem sine legitima causa. Card. de

Luca. de Regular. d. 64. n. 9. Lott. cit. q. 28. n. 43. dum verò adeit legitima causa, potest id Episcopus. Castrop. loc. cit. n. 1. dum autem Tond. loc. cit. p. 1. c. 36. n. 4. sit, non esse licitum Episcopo beneficium dismembrare vel dividere, nec ex uno duo facere, loquitur de dismembratione beneficii cu-
rati. Hinc

2. Respondeo secundū: Non potest Episcopus Parochiale, seu beneficium curatum dismembrare, ita ut redditus ab eo separati applicentur beneficio simplici eresto, vel erigendo. Tond. loc. cit. Castrop. loc. cit. n. 2, vetat enim Trid. scilicet 25. c. 16. converti beneficium curatum in simplex hilice verbis: statuit SS. Synodus, ut Ecclesiastica beneficia parocchia, quoquaque nomine appellantur, qua curam amarum ex primæ institutione, aut alteri quomodoque retinent, illa deinceps in simplex beneficium, etiam assignata Vicario congrua portione non converuantur, non obstantibus quibuscumque gratiis &c. Declaravitque S. Congregatio hoc ipsum intelligi quoque debere etiam in parte fructuum. Castrop. loc. cit. Garc. p. 12. c. 2. n. 87.

3. Respondeo tertio: Neque etiam Episcopus separate potest seu dismembrare ab Ecclesia Parochiali beneficia simplicia, seu Oratoria ei unita, rameti separatis Parochiali non egeret; quis esset Parochiale ex parte in simplicem convertere contra Trid. loc. cit. Garc. loc. cit. idipsum quoque a S. Congregat. decisum referens Castrop. loc. cit. citans insuper Riccius in pr. fori Eccles. decisi. 492. editionis 1. & edit. 2. resol. 38. p. n. 6. & 7.

Questio 949. An dismembratio requirat necessaria causam, & solemnitatem?

Respondeo affirmativè. Tond. qq. benef. p. 3. c. 156. nu. 17. ubi, quod dismembratio fieri non potest nisi subsistente causâ, & cum solemnitatibus requisitis, citat decis. Rota 6. nu. 1. & seq. p. 7. recent. Et quidem eadem causæ, exdēmque solemnitates intervenire debent, que in alienatione rerum Ecclesiæ requiruntur. Castrop. loc. cit. Garc. cit. c. 3. n. 3. ubi, quod eadem causa & solemnitates requirantur in dismembratione, que in unione. Lott. l. 1. q. 28. n. 4. ubi, quod in dismembratione tanquam in alienatione rei Ecclesiæ exiguntur & causæ, & solemnitez concursus. Card. de Luca. de Regular. d. 5. n. 4. ubi: divisiones & dismembrationes omnes, & forte maiores solemnitates exigunt cum justitia causa necessitatis vel utilitatis, eo modo, quo in formalibus alienationibus desideratur. Et ibid. d. 64. n. 9. ubi: divisione, vel suppressio, aut dismembratio, aut alii concessio Ecclesiarum redolent prohibitam alienationem, que ab Episcopo, vel alio Pralato fieri non potest absque copulativo concursu solemnitatis, & justæ causæ. Corrad. pr. benef. l. 3. c. 2. n. 2. ubi: Dismembratio fructuum nullo modo fieri debet, nisi adhibitis debitis requisitis & solemnitatibus ad illius validitatem, una cum justa causa, cum ipsa causa requirantur as solemnitates in hujusmodi dis-